

Jacob Fabricius

**Rector Universitatis Rostochiensis, Jacobus Fabricius, Archiater & Professor
Ordinarius, Ad Solemnia Festivitatis Sancti Archangeli Michaelis, Hodie devoto
corde celebranda, & decenter peragenda, Cives litteratos, Omnes & singulos,
ferio hortatur & monet**

Rostochii: Kilius, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734607784>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1630

1) Jacob Fabricius

2) Georg Daserius

3) Jacob Fabricius (Supr.)

4) Joachim Quistorp



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734607784/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734607784/phys_0002)

DFG

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,

JACOBUS
FABRICIUS,
Archiate & Professor Ordinarius,
Ad
Solemnia Festivitatis
Sancti ARCHANGELI
MICHAELIS,

HODIE

devoto corde celebranda, & decenter pera-
genda, Cives litteratos,
Omnes & singulos,
serio hortatur & monet.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XXXVI.

Zodiaci, circuli in cœlo majoris, latitudinem, in-
duas æquales partes dispescit via Solis, annuo motu descri-
pta, quam Eclipticam, propter Luminarium Eclipes, in vel
propè illam accidentes, appellant, à quâ varijs modis reliqui
Planetae, nunc in Septentrionem, nunc versus meridiem digredientes
evagantur. Solus Sol medio tramite perpetuò movetur, neq; inde di-
labitur, sicq; quatuor anni tempora, & quidem ab intersectione ver-
nâ adscendens ad Cancrum, & statim, & rursus ab oppositâ auctumnali
descendens ad Capricornum, hyemem, & hinc altius progressus ad Arie-
tem Ver, demumq; pertingens ad Libram Autumnum incipit & consti-
tuit. Non ita pridem autem Phœbeja lampas ad auctumnale illud
punctum pervenit, diemq; nocti fecit æqualem, unde paullatim noctis
quantitate incremente, deinceps magis magisq; dies imminuantur.
Singuli porrò temporum anni quadrantes, singularia & maximi obser-
vanda Festa, nobis suggerunt, Hyems Natalem Domini, Ver Pascha.
Æstas Johannis Baptista diem, Auctumnus Festum Angelorum, seu
Sancti Michaëlis: quæ quidem Festivitatum solemnum tempora usq;
adeò magnæ facta sunt existimationis, ut in vitâ communi & politicâ,
potius inde, quâ ab ingressu Solis, in præmemorata Zodiaci loca, sin-
gulorum Quadrantum Anni initia numerentur. De prioribus totius
anni Festivitatibus, jam antea, ex hoc loco, scriptum sèpiss, & ut istis
Solemnibus dicati dies piè & Christianum in morem inirentur, ac cele-
brarentur, admoniti fuerunt Academiæ cives; hodiè Auctumnale fe-
stum auspicantes, hujus quoq; decentem observabimus rationem, &
de Sancto Michæle, qui princeps & Imperator illorum, qui quotidie
summi Jehovæ Legati, toto terrarum orbe, veluti familiares mortali-
um administri, & apparitores assidui, hominibus pijs adsistunt, sibi
hodiernam lucem sacratam sortitus est, acturi, ejus laudationem,
tum propter excellentiam & singularem præstantiam, tum ob infinita,
eaq; immortalia, quibus ab illo continenter ornamus, officia, brevi-
simè expediemus. Ethnici etiam suos peragebant festos publicosq;
dies, qui prolixis honorabantur elogis; cum tamen illi, non in veris
DEI gloriam, sed Idolorum cultum & servitium referebantur, meritò
à priscis Theologis, & in primis Tertulliano, lib. de Idolatriâ, repre-
henduntur, & passim ab omnibus Christianis damnantur ac prohibi-
tentur. Inter autem Christianos reperiuntur, qui etsi vacationi à labo-
ribus faveant, de Dei tamen & Sanctorū festis, longè à nobis, & totâ
ferè

ferè Ecclesiā diversam fovent opinionem. Et fuerunt ante annos
mille ac ducentos, & quod excurrit, teste Epiphanio, tom. i. l. 3. qui
docerent, omnes dies debere esse æquales, nullos festos, & sic nul-
los quoq; profestos: quam hæresin in primâ sui ferè radice inter-
mortuam ac sepultam resuscitarunt postea, & veluti ex orco re-
vocarunt Waldenses, & Wiclefistæ, quibus cum hodiè faciunt
Anabaptistæ, & nescio qui alij sectarij & Enthusiastæ, qui ponunt
os suum in cœlum, ut divinus Vates loquitur, & quasi cū atheis im-
piè conspirantes, illud nobis occinere apparent: Quiescere facia-
mus omnes dies festos à terrâ. Alij mitiores paullò sunt, nec ita in-
sani, quâm primi isti, qui dies Dominicos quidem festos agnoscunt,
reliquos autem nullos; quales sunt Puritani in Angliâ, quibus non
parū favisse videtur Calvinus in suis Institutionibus, l. 2. c. 3. ubi cum
de Sabbatho tractat, de solo Dominico die celebrando disputat, in
eo tamen à Puritanis diversus, quod Ecclesiæ, quæ alios, cōventibus
suis solemnēs, dies habent, modo à superstitione absint, dānare no-
lit. Ab isto tamen dissentunt quædā in Helvetiâ Ecclesiæ, præter dies
Dominicos celebrari jubentes sola illa festa, quæ ad redēptionis
nostræ beneficia recolenda faciunt, ut Nativitatis, Resurrectionis,
Ascensionis Domini & Pentecostes. Et hisce Bullingeri sequa-
ces etiam illorum Sanctorum festa adjungunt, quorum in Evange-
lio sit mentio, ut Apostolorum, B. virginis Mariæ, Johannis Bapti-
stæ, Magdalenæ, Stephani, quem morem servare dicuntur Ecclesiæ
Tiguriæ; & ab eo nostrates etiam Ecclesiæ, quoad cultum festo-
rum dierum, non multum dissident. Quid verò impedit, quod mi-
nus & nobis liceat, quod Judæis in suis licuit synagogis, & cum
laude ab illis patratum est in augendo sanctorum Feriarum nume-
ro? quidni & nobis Christianis integrum foret, præter dies Domi-
nicos, & alios dies festos, in honorem Dei & confessorum ejus, in-
stituere & celebrare? Neq; enim minor esse potest autoritas Eccle-
siæ, quam synagoge; præsertim cum nullum ex sacrâ paginâ alle-
gari possit interdictum: Nitimus exemplo Apostolorum; quin &
praxis primitivæ Ecclesiæ à primis seculis, continuâ multorum
annorum serie ad nos pertingens, idem ostendit: neq; crimen est,
etiam si discrimen sit, Deum, Sanctosq; ferijs honorare, Deum per
se, Sanctos propter Deum, Deum religione verè ac propriè dictâ,
Sanctos autem reverentiâ quâdam singulari, qualis & alijs creatu-

etis competere potest. Syr. 44. Excitatur siquidem per solemnies istos
conventus devotio quædam, & insigniora Redemptoris beneficia, nō
sine magnis gravibusq; causis, certis & peculiarib; isti rei destinatis
diebus, plenius & planius consideranda proponuntur. Mittamus
itaq; illos, neq; moremur admodum, qui ita imprudenter, ita tur-
piter, nee sine scandalo, nullas vel paucas hujusmodi solemnita-
tes celebrando, nostrarum Ecclesiarum laudabilibus institutis ad-
versari haec tenus laborarunt. Videamus etiam ab ipsâ Naturâ ita
comparatum esse, nobisq; insitum, ut Deo, rebusq; divinis operam
demus, & in istiusmodi curâ, cultuq; aliquid temporis collocem⁹.
Argumento huic rei est, quod apud omnes Nationes statas quas-
dam ferias, easq; publicas fuisse cernimus, quæ sacris negotijs ac
divinis obeundis consecratæ erant: estq; naturale homini, ut is cer-
tum quoddam tempus, necessarijs rerum suarum functionibus ex-
antlatis, corporis quoq; det quieti, somno, & id genus alijs: cur
ergo non ex eâde in Naturæ ratione consequens sit, ut menti et-
iam aliquid temporis adsignetur, quod in contemplatione Dei sese
reficiat, & veluti pascat. Cum itaq; aliqua etiam temporis pars
esse debeat, quâ res divinæ curentur, cultusq; Deo debitus tribua-
tur; quid mirum, si Apostoli, mox sub initium nascentis Ecclesiæ,
ex illis septem hebdomadæ diebus, eum, qui primus est & præci-
pius, ac dominicus dicitur, divino cultui consecrandum censuere?
Et reperiuntur, qui diem hunc ab ipso Christo sanctificatum & ve-
lut inauguratum esse autûmant, cum die octavo, vel primo secun-
dæ post resurrectionem suam septimanæ, in conventus discipulo-
rum venit. Et hic dies dominicus, non aliter, uti olim Sabbathum
Judaicum, memoriale fuit liberationis ex Ægypto, nobis Chris-
tianis memoriale esse debet, Spiritualis nostræ liberationis, ex re-
gno Satanæ, per Christi resurrectionem nobis adquisitæ, cuius
typus à quibusdam Theologis perhibetur fuisse, illa ex Ægypto
Judæorum eductio. Præter autem dominicum diem, in Chris-
tianorum Ecclesijs, alia annuatim celebrantur festa, quorum
quædam omnibus Ecclesijs passim locorum sunt communia, ad
ostendendâ unitatem, quædam verò singulis propria, ad innuendâ
libertatem. Optimum quidem esset rebus divinis semper vacare;
at quia plærisq; magis seculo, quam Deo vacare placuit, certæ quæ-
dam

dam & statæ statuendæ fuerunt feriæ, quibus homines ad Oratio-
nes convenient publicas, & à negotijs corporisq; laboribus feria-
ti, debita pietatis & religionis officia Deo præstarent, scæq; ipso-
rum saluti aliquantò magis studerent atq; consulerent, juxta il-
los pulcherrimos Paullini Episcopi versus:

*Primus hic est gradus cælo, peregrinare cunctos
Continuâ pietate dies, & tempore toto
Pascha sacrum Christi cultu celebrare pudico:
Quod si mixta seges tribulis mibi germineret, & cor
Incultum stimulet terreni spina laboris,
Vel festis Domini studeam me offerre diebus,
Ut vel parte mei tangam confinia vita,
Corpo ne toto trahar in consortia Mortis.*

Inter verò ista anniversaria, prout jam ante in vestibulo hujus pro-
grammati diximus, etiam solemne Michaëlis festum numeratur, in quod Deum celebramus, propter Angelos, in ministerium nostrum,
& ad nos, resq; nostras moderandas, ex summo cælo demissos,
eumq; rogamus, ut porrò nobis istos relinquat custodes, qui cir-
cum nos, velut atrientes quidam accensi & apparitores sedulò con-
gregati, nostro loco, adversarijs omnibus resistant, nosq; tutos
sistant, ut quisq; in functione suâ, Deo grata, Reipubl. utilia, no-
bisq; omnibus & singulis salutaria, dicamus & faciamus. Fuerunt
jam omnes in Manichæi & Saducæi, qui plane negarunt Angelos: alij
tantum motus seu cogitationes bonas hominibus à Deo inspiratas,
non res per se subsistentes, & iqvæque singularia esse asseruerunt.
Rectius autem illud ex sacris litteris docemur, quæ non solum à
Deo conditos & creatos eos passim commemorant, sed & ipsimet
Apostoli, V.T. historias, quibus Angelos Dei cōspectos fuisse, Deūq;
per illos sua opera perfecisse, testatum relinquitur, allegant: imò à
semetipsis etiam haut raro visos vel auditos, eorumq; quos-
dam, præ nimia animi arrogantiâ, majestatem & dominatio-
nem summam adfectantes, lapsos, à veritate defecisse, seq;, &
juxta secum alios quamplurimos, vitâ æternâ indignos fecisse,
inq; exitialem damnationem præcipitasse: alios autem in suâ ju-

stici & innocentis constantissime perseverasse, fideliter commemo-
rant. De horum creatione ambigunt Theologi, & Hieronymus
quidem ante mundi principia, Augustinus statim primo die, alij
secundo die, alij tertio eos creatos ex certis scripturæ locis colli-
gunt: ipse vero cum alijs, nostratis religionis assertoribus, illos in
hexaemero, seu sex illo dierum spatio, quo omnia sua opera, cœ-
lum & terram, cum omni exercitu eorum, condidit & complevit
Deus. nec ante, nec post, creatos autem, & ut incerti sumus ex
quâ materiâ constent; ita neq; scrupulose. quem scriptura tacet,
indagare creationis diem fas est: Sufficit scire creationem illorum,
quantumvis diem creationis ignoramus. Porro magna harū crea-
turarum seu Angelorum est potentia, magna sapientia, utraq; ta-
men finitis & certis limitibus circumscripta, & ita comparata, ut
& augeri & perfici queat. Licet enim unus duntaxat Angelus, una
nocte, omnes primogenitos totius Ægypti perdiderit, inq; popu-
lo Davidis uno triduo septuaginta virorum millia occiderit: non
tamen ex suâ sibi propriâ virtute & potentia, sed à Deo concessâ &
mandatâ potestate factum id est. Numerus angelorum indicibilis
est, quod patet ex historiâ Patriarchæ Jacobi, qui castra Angelorū
obviam habuit, & Danielis, qui millia millium & decies millies
centena millia; & Elisæi, qui integrum exercitum eorum vidit. An
vero singulis hominib⁹ suis & certus Angelus in custodiam depu-
tatus sit, ipsem̄ non dixerim, in eo certus, non unum tantu, sed
plures homini pio, prout requiritur, custodes Angelos assignatos,
vigore Psal 90. ubi legitur. Angelis suis mandavit de te, ut custodi-
ant te in omnibus vijs tuis, & in manibus portent te, similiter Luc.
16. Lazari anima portatur ab Angelis in sinum Abrahæ, quæ verba
plurali, non singulari numero expressa observamus. Nostri tamen
officij potius erit, præcavere, ne boni illi Angeli à nobis aufugiant,
quam scrupulosè in numerum, quot eorum nos custodian, inqui-
rere. Verosimile vero est, inter tantam multitudinem, tantumq;
numerum Angelorum, certos reperiri gradus & ordines, non ra-
tione beatitudinis & æterni gaudij, quod est ex æquo omnibus
commune, sed vel respectu donorum, vel gloriae, vel eminentiaz,
claritatis, officiorum, aut potentiaz, quomodo etiam inter electos,
gradus gloriae, in altera vitâ, futuros cedimus: quò procul dubio
respe-

respxit Apostolq ad Coloss. i. & Ephes. 2 scribēs, alios esse thronos,
alios dominationes, alios principatus, alios potestates &c. ex quib⁹
Dionysius novem Angelorum ordines & tres Hierarchias, secundū
nomina, quæ S. scriptura illis tribuit, constituit, ita ut prima Hie-
rarchia complectatur Thronos, Cherubim, Seraphim: altera Domi-
nationes, Virtutes, Potestates: Tertia Principatus, Angelos & Ar-
changeli. Ex his Archangeli cæteris veluti præsunt, & ad summa
quæq; divinitatis mysteria explenda adhibentur. Sic ad Mariam vir-
ginem non gregarius Angelus, sed Archangelus Gabriel missus est:
Curiosus verò illorum differentias scrutari, extra scripturas, non
decet: quin potius cum Augustino nos ignorare fateamur, quomo-
do beatissima & superna illa societas constituta; quæ Personarum
differentiæ, ut cū omnes tanquam generali nomine Angeli nuncu-
pentur, sint tamen & illic Archangeli; & utrum ijdem Archangeli
nominentur Virtutes, & quid inter se distent illa vocabula quatu-
or, quibus universam istā coelestem societatem Apostolus, loco paul-
lò antè citato, comprehendisse videtur, dicant qui possunt, si tamen
probare possunt, quod dicunt. Hec Augustinus. Cæterū de Michaë-
lis Archangeli dominatū, planè admirabili, sacris literis consigna-
tū legimus, cum ab autore & fundatore tam visibiliū, quā invisibi-
lium defecisset ille, qui ab eximiâ pulcritudine, Luciferi nomē acce-
perat, quod tum suos Michael in officio continuerit, & collatis
signis, adversus desertorem ita pugnarit, ut eum illico cum suo exer-
citū ex cœlo depulerit, & in tenebris illa inferorum gurgustia
detruserit, ē quibus, non habet, neq; habiturus est unquam emer-
gendi potestatem. Pallas à Græcis mirificè laudatur, quod armis pro
Jove sumptis, in illo Gigantum prælio, ita eos in fugam profliga-
rit universor, ut ceteris Dijs, ac ne Jovi quidem ipsi, ullam belli par-
tem reservasse videretur. Mentiantur illi, ut volunt, quibus ad dicé-
dum rerum verarū argumenta nō suppetunt: nos exploratissimum
habemus de Michaële, ipsius operā & ope fractos, victos, & in vin-
cula datos ac relegatos fuisse tantos hostes, quibuscum nulli Titani-
nes, aut terræ filij, de audaciâ, superbiâ & temeritate possunt con-
tendere. Ejecti etenim sunt & in ipsa Mortis ergastula inclusi, qui
potentissimi Dei thronū invadere, seq; inibi collocare satagebant.
In quo conflictu vel hoc maximè admirandum, quod licet ita con-
triti

tritū & confusi sint hostes, nihilo secius tamē subinde, idem bellum
deinceps semper, Sancto Michaēli renovandum gerendumq; sit,
cum ijsip̄is, quos semel satis superq; debellasse videbatur. Neque
enim hic famosus ex Tartaro gladiator Spartac⁹, aut fugitivi hostes
animos desponderunt, verum hydram istam imitari, quę amputato
uno capite valentior exsurgere in fabulis dicebatur, homines ag-
gressi sunt, & illam provinciam improbo conatu vastare cœpe-
runt, quam videbant Michaēlis curæ ac vigilantiae demandatam.
Hic verò Christianæ Reipublicæ propugnator acerrimus, nunquā
noſtri defensionem intermittit, sed potente manu turbas & pro-
cellas, adversus pios & Deo fideles, malorum Dæmonum instinc⁹,
identidem excitaras, hactenus compescuit, & adhuc compescet.
Hujus gladio & viribus occubuit Nero, Domitianus, Valerianus,
& tria illa Tyrannorum, Maxentius, Licinius, Maximinus, quos
bello vicit & vitā spoliavit, solius Dei auxilio, administro Divo
Michaële, Constantinus Imperator, cui debemus hāc ipsām, quā et-
iamnū hodie Dei benignitate mediocriter floremus. Ecclesię felici-
tatem, Nihil dicam de alijs Christianæ Reipublicæ hostibus, quos
numero multos, non rā armatorum copię, quā Imperator noſter
Michaël, contrucidavit, fugavit, vel & horribili vitam ſuam exitu
claudere coēgit. Idem ille deinceps nobis etiā aderit, & circa nos,
noſtramq; familiam caſtra ſua metabitur, ac validissimā manu bel-
la dissipabit, quę nos enormiter hucusq; turbat & perturbant, imò
omnia, quę cervicibus noſtris imminentे videntur pericula, cle-
mentissimē avertet, ſi ſecundū hodiernum Evangelium, unā cum
Discipulis, per fidem & poenitentiam, ad Christum accedamus, &
propter meritum ejus, fiduciam gratiæ veniæq; concipiamus, &
ſceleribus derelictis in novitate vitæ ambulemus. Idq; ut nos o-
mnes & singuli ſeriō & ſedulō faciamus, magnus Dux Michaël,
Christus Iesuſ, qui καὶ ἐξοχὴ etiam Angelus dicitur, noſtras mētes
moveat & permoveat, cujus nomen ſanctum & gloriosum ſit be-
ne dictum ex hoc nunc & usq; in perpetuum. P. P. Sub Univer-
ſitatis Sigillo, die Michaēli Archangelo ſacrato, angi-

Juliani cīc 100. xxxvi.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734607784/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734607784/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734607784/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734607784/phys_0012)

DFG

ſuorum cervicibus depulerunt, vel aliqui eos bearunt: Christus nos acernis extra caeleſtis hereditatem, & universas divitias.

Hinc denique, Utilitatem Nativitat^{is} Iesu Omnia n. illa, quae secum vehit bona, noſtra ſuquid misericordiarum & molestie in corpore pertulit malum, eſſe voluit, ut nobis aeternum bene eſſet Filius homines faceret Dei filios, factus eſt, quod nos ipſe eſt, particeps noſtra humanitatis factus eſt deret participes, consors factus eſt vilitati noſtri ſortes redderet. Subiectus ſe infirmitatibus noſtri, ut per communem infirmitatem tolleret noſtrum hunc mundum. Christus nudus, ut nos uestibus inviret & induceret: pauper, ut eternū & caeleſtib^m in cœlum eveharet: flens denique, aliorum infantia eternam nobis compararet læticiam. Venit ut medicus ad sanandum ut justus ad justificandum, ut redemptor, ad λύτρον pro peccatū solvetum diem qui tanto nos beneficiorum cumulo iactat læticys! Lætemur & exultemus in eo omni recordatione dulci ejus, qui implevit uterum gratiarum actione, servatori noſtro meritas quam manuēto agentes pectore. Noachio nato pater ei lætabatur, & concepi in corde gaudii testes huius consolabitur ab operibus & laboribus manus ledixit Dominus Gen 5. 29. Majorem nobis bodilandi attulit materiam. Corrupta & maledictum omnis terra & caro. Sed hodie orbis ostensor Noashus: Christus in carnem venit qui nos solam vulnere sauciis, & fulmine legis prostratus mente asperget, pulsoque pavere turbatus conscientiis quillitatem restituet, & nos in gratia divina si fueramus interceſſione ſuā reponet, & reducer communibus hinc gaudiū quae omnes tangunt. Exultent mares, Christus marem ſuscipit, Exultent fœminæ natuſ est. Exultent virgines, virgo peperi dñia, infantem Christū vidua Hanna cognovit. Eu-



the scale towards document

lje Etione
& regni
ſivit.
are liceſ
est, quic
rulit, ſibi
tus eſt, ut
res, quod
iſ ſue red
ſue con
e carent,
Prodiſ in
lutiſ ope
numiliuſ
rymī ſuis
ndum. ut
lamman
ō excepta
fundit &
itate, ple
ymni &
, pro tam
bementer
ebat; Iſte
uibus ma
ndi & ju
ob pecca
verus ille
catorum
i aquila
& Tran
um ejeti
omnes in
cludunt.
Christus de
ſtent vi
zacha
rie

Patch Reference numbers on UFT

Image Engineering Scan Reference Chart TE23 Serial No.